Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.
Wien, 1794 Seite 2235
Quelle:
Copyright:

cipit: *Has* (Vas) *electionis paulus dum adhuc in hoc fragili corpore militaret* &c. Finit: *quo inspirante et perficiente quantum valui non quantum volui predicta conflaui cui soli sit honor* &c. *Anno 1455. tempore calixti pape* III. *anno primo.* Memorat *Trith.* et *Petrejus.*

XV. *fol.* 307. *De sanctificatione Sabbati circa Molendina.* Incipit: *Quoniam circa obseruanciam diuinorum preceptorum omnium menti humane suprema diligencia incumbit invigilare* &c. Finit cum additionibus: *non dubitaret sibi formam hanc esse obseruandam.* Memorat *Petrej.* sed *Trithemius* tantum de *Sabbato*, *Fabricius* de *Sanctificatione Sabbati.*

XVI. *fol.* 313. *De erroribus et Moribus christianorum.* Incipit: *Spiritus Sanctus per organum diuini prophete Jeremie* &c. Finit: *medicus summus animarum nostrarum Ihesus cristus per secula benedictus Amen. Anno domini 1452 Auctorizante In Ecclesia militante Monarcha Nicolao papa quinto.* Adhaeret: *Planctus super errores multorum cristianorum ad precedentia pertinens. Manuducente nos infallibili scripturarum sacrarum veritate* &c. Novit *Trith. Petrej. Fabric.*

Fronti Codicis nostri adscriptum est: *Collegio Ducali studij Wien. hunc librum artium et Theologie Mr. Conradus Mulner de Nuernberga qui Deo vivat. testatus est. Cuius animam quicunque eo uteris beneficiorum memor. commissam habe. ex Nurenberga hic liber allatus est. anno Domini* 1469. Virum hunc apud nos Philosophiae Decanatu ad an. 1444. functum in *Locheri Spec. Acad.* p. 143. invenio.

DLXXXVI.

Codex chartaceus lat. Sec. 519
XV. Folior. 99. 4. nitide exaratus, rubricisque distinctus hanc in Theca anteriore Notam condit: *De Anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo nono Infra Octauas Pentecostes Gloriosissimo domino Imperatori* (Friderico III.) *Ego frater Leonardus lector Conuentus Wyenen. Ordinis Predicatorum hos duos libellos offero, Valde confidens et sperans quod si aliqua eciam multa in eis contenta non placuerint saltem aliqua pauca sue erunt grata benignissime maiestati, Et vtinam non solum in hoc minimo sed in aliquo magno fidelitatem ostendere ualerem tanto capiti et gratiosissimo benefactori.* Dixi de F. hoc *Leonardo de Valle Brixinensi* ad *Codd.* seqq. et CCCXLIII. In praesentem bonus Vir lectionis suae fructus congessit, quorum sat erit Elenchum huc transscribere: *Fol.* 2°. *Incipit autoritas Beati Bernardi de defectibus in omni statu hominum. Fol.* 3. *Incipit tractatus per* 12 *Inquisitiones distinctus de peccatis mortalibus omnibus in communi* &c. proprius Autori, ut ad calcem notatur. *Fol.* 15. Locus e *Fr. Petrarchae Epist.* 97. *Fol.* 16. *Octo precipui versus*